



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

9 Noli quærere à Rege cathedram honoris. Eccl. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Disce id quod natura te docere deberet, & id quod omnes honesti homines concipiunt, nempe omnium afflictionum nihil crudelius, & minus supportabile esse, quam non posse sufferri ab aliis. *Spiritus ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?*

REGULA NONA.

Noli querere à Rege Cathedram honoris. Eccl. 7.

PARAPHRASIS.

In tuo corde nullum des ambitioni locum; non relinquant ut hic ventus te urgeat, & te faciat cum pudore currere post fumos & vanitates, nec etiam adspirare ad officia, quamvis in veritate essent honorabilia.

Dum gloria hujus mundi se tibi praesentat, & eam ipsa Providentia tibi mittit, acceptes illam, sed si tibi dicitur, ut ei obviam eas, vel illam per sollicitationes aut dona prevenias, excusa te, & da hoc humile & generosum responsum, quod minima officia oblata



*in illa
apud
Omnem
73*

ex amore sint digna & debeant accipari, sed quod maxima etiam officia non sint digna alicujus aestimatione debent anxiosè sollicitari.

Dic pariter, quod respectu aliorum locorum, cessent ipso merito, si quis desiderare id quod meretur.

REFLEXIO.

Ambitio malè quadrat prudentia, honor est in decens stultitia.

Si es homo mali exempli, & si sit in ordo aut scandalum in tuis actionibus, fuge honores, & te absconde; si in casu aliquo Princeps te obligare velit petenda quadam gratia, non roga, quod admodum ille famosus stultus, recedendi à tuo Sole; roga eum, ut te in tuis nebris potius relinquere velit.

Considera eas dignitates quæ tibi conferuntur, & de quibus tui amici loquuntur, vel quas ambitio tibi insinuat, si tuam confusionem & infortunium, diffidere potes eas ferendi per scientiam aut sufficientem virtutem.

Nihil enim turpius aut dedecorosius nobis est, quam ipsa gloria, dum ab illa gratia & merito possidetur,

Si enim verè sumus inæstimabiles, omnes dignitates & humanæ magnitudines in nobis nil aliud quàm opprobrium crescere faciunt.

Nostra statura Corporis super aliquo theatro nec fit pulchrior nec major, sed nostra parvitas tantùm magis apparet. Mitræ & Coronæ non nos exaltant, nos eas portamus, & erimus semper parvi cum iisdem, si non aliàs, quàm propter illas magnæ personæ sumus.

Irascaris dum alii pro risu & recreatione te honorant, sed mirum, quod non gravius irascaris in statu in quo es, si sincerè & cum affectione te honorarent.

Honor serid factus personæ indignæ alicujus honoris, non minor ipsi erit causa alicujus cholera, quam honor alicui redditus à personis irridentibus.

Denique non sufferas ut exalteris, ne illi qui te videbunt in Cathedra honoris, gloriantur, se vidisse tam benè, quàm Salamon, rem horribilem visu sub sole.

Malum quod vidi sub sole, positum stultum in dignitate sublimi.